imperatoris marchiam Lusacie et comitatum
Grotzensem et tocius proprietatem ipsius
Hinrici obtinuit sicque permaxime ditatus
et magnificatus diviciis et honoribus ultra
omnes principes. Nam omnem terram a
Misse fluvio Nissa usque ad Thuringiam et comita-
tum Wittin, comitatum Brene, comitatum
Ysleboch, comitatum Grotz, comitatum Los-
Ez. 2 c. 1 senik, comitatum Rochelitz cum potencia
possedit et sicud eundem inclitum principem
Deus omnipotens bonis exterioribus sublima-
verat, ita deno filiorum et filiarum feliciter
+/ 256 fecundavit. Nam + uxor ipsius nobilissima Luc-
Kardis peperit eidem sex filios, primum Hinricum
qui in puericia mortuus est, secundum Ottonem
Misnensem Missnensem marchionem, Tercium ~~Theodri-~~
Theoderi cum marchionem orientalem de Lusacia, Quartum
Ez. 2 c. 3 Dedonem comitem de Rochelitz, Quintum Hinri-
cum comitem de Wittin, Sextum Fredericum
comitem de Brene. Et sex habuit filias, quarum
grepstede tres in Grepstede monachas fecit. Prima vocabatur ~~Oda~~
Oda. secunda Berta, que fuerunt abbatisse in Grepstede,
Tercia Agnes facta fuit abbatissa in Quedelingeborch.
Quarta Gertrudis nupsit palatino Reni, que
Theodori viro defuncto, Christum fecit heredem. Nam in ho-
nore beati Theodori martiris construxit mona-
sterium in Babinberg sanctimonialium. Ibi Deo
famulantibus se socians in sancta conversacione
vitam finivit. Quinta filia Adela nupsit regi
Danorum Suenoni. Demum occiso Suenone a Danis
vidua eius Adela, filia Conradi marchionis, nupsit
Alberto marchioni Brandenburgensi. Sexta filia
Sophia nupsit Gerhardo comiti de Bavaria, filio
sororis Lotarii imperatoris. Anno preterea M°C°
XXXVII imperator Lotarius rediens de Ytalia apud
uam. 2 u.v. a) reg. est del. Breduam villam in faucibus Alpium mortuus
fuit, Cuius corpus in monasterio sancti Petri in
+CCLVI a. Luttor in Saxonia delatum et sepultum est.
b) Pqq c. (Postquam) Postquam Conradus, frater Frederici ducis Saxonie
~~c) ... Saxonie~~ anno M°C°XXXVIII in regem Romanorum eligitur.
d) Contingit c Contigit temporibus Conradi regis commune paga-
gium in subditum terre gancte per principes agni-